340

GOMEZII
VARIÆ
RESOLU

KM13
.E8
G6
1744
c.1

1080045250

340

D. ANTONII

GOMEZII

OPERA OMNIA

ANNOTATIONIBUS

ET ADDITIONIBUS

LOCUPLETATA.

D. ANTONII
GOMEZII,

IN ACADEMIA SALMANTICENSI
Juris Civilis Primarii Profeſſoris,

VARIÆ RESOLUTIONES

JURIS CIVILIS, COMMUNIS, ET REGII,

TOMIS TRIBUS DISTINCTÆ,

Quorum { I. Ultimarum Voluntatum / II. Contractuum / III. Delictorum } materias continet.

EDITIO NOVISSIMA,

Cui præter Annotationes EMANUELIS SOAREZ A RIBEIRA, *acceſſerunt Illuſtrationes, ſive Additiones* JOANNIS DE AYLLON LAYNEZ *in fine cujuſque Capitis appoſitæ, cum Indice Generali.*

LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BRUYSET, & Sociorum.

M. DCC. XLIV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

49475

KM13
.E8
G6
1744

BMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
A.E. PUBLICA DEL ESTADO

BIBLIOPOLÆ
AD LECTOREM.

INANE prorsùs eſſet in Operis hujus limine ANTONII GOMEZII encomium. Fama tanti Juriſconſulti pluſquàm unius ſæculi decurſu fuit corroborata, & qui vix prima Juriſprudentiæ elementa ſalutavit, jam tanti viri novit merita, jam ſibi propoſuit luculentam ex eruditis ejus ſcriptis utilitatem percipere. Qui fuerint fructus, docet ingens omnium applauſus, & pluries repetita ejus Reſolutionum & Commentariorum editio; ſatis ſupérque eſt. Plures alii Juriſperiti, omni ſuſpicione majores, eum cognominaverunt virum litteris ac pietate præcellentem. Plures alii non minùs congruo nomine egregii ſcilicet Doctoris memoriam ejus decoraverunt. Itaque ſufficiat ut hujus noviſſimæ Editionis præ cæteris omnibus excellentiam paucis oſtendamus; quæ vel minimùm attento facile patebit. Hæc nempè præter ipſius Auctoris Additiones ex Editione Salmanticenſi anni 1579. depromptas, & Annotationes celeberrimi Juriſconſulti EMAN. SOAREZ A RIBEIRA in præcedentibus hujus operis Editionibus jam inſertas, continet Additiones ſive Illuſtrationes luculentiſſimas Doctiſſimi Viri JOAN. DE AYLLON LAYNEZ J.C. Utrarienſis in fine cujuſque capitis appoſitas, quibus non ſolùm ipſius *Gomezii* doctrina novum ſplendorem accipit, verum etiam difficillimæ de Teſtamentis, Contractibus, & Delictis quæſtiones doctiſſimis ſcholiis enodantur & elucidantur: Et ut nihil eorum quæ Lectoris commodo maxime poſſunt inſervire, deſideraretur; inveniet ad calcem Variarum Reſolutionum Repertorium Generale Rerum & Verborum, non eorum tantum quæ in hac *Gomezii* operis parte continentur, ſed & ſingulorum quæ in Annotationibus *De Ribeira*, & Additionibus *De Ayllon* comprehenduntur; item reperiet ad calcem Commentarii ad leges Tauri, Indicem alterum rerum omnium in hoc volumine contentarum. Habes jam, BENEVOLE LECTOR, quæ utilitati tuæ conſulentes, hîc elaboravimus; fruere jucundiùs, & Vale.

D. JOANNES AYLLON AD LECTOREM.

CUM viderem (Lector benevole) totam ferè Juriſprudentiam in ſuis variis Reſolutionibus noſtrum Gomezium comprehendiſſe, ſimulque animadverterem plura à Recentioribus poſteà ſcripta, vel ampliare vel limitare vel ſaltem declarare doctrinam tanti Magiſtri viderentur, operæ prætium me facturum eſſe exiſtimavi, ſi ea veluti per Indicem demonſtrarem. Accipe igitur, qua ſoles benignitate, noſtros qualeſcumque labores, & æqui bonique conſulito, non Opus, ſed affectum conſiderans, & quod ferè ſemper remiſſivè procedo, ne aliorum labores tranſcribere videar, cùm facillimè poſſem ex remiſſionibus ſeu Additionibus meis plurimas Quæſtiones, ut plerique faciunt, retexere, & plura Volumina conſarcinare, quod non inficiaberis ſi Opus attentè perlegeris: fruere ergo laboribus meis, & Vale.

CENSURA

LICENTIATI ANTONII PEREZ IN HISPALENSI Senatu diſertiſſimi Advocati.

EX decretoDomini Doctoris D. Hieronymi de Rada hujus Archiepiſcopatus Vicarii digniſſimi, legi ac perlegi qua potui diligentia *Illuſtrationes ſive Additiones ad Antonium Gomezium in ſuis variis Reſolutionibus, in tres Libros diſtributas*, quas doctiſſimus *Licentiatus Joannes de Ayllon Laynez* Juriſc. Utrarienſis edere intendit, & in eis nihil quod Catholicæ noſtræ fidei adverſum, vel bonis moribus contrarium ſit, inveni, ſed potius multa, quæ Authoris eruditionem, Juris Utriuſque peritiam, & indefeſſum laborem oſtendunt, quibus noſter Gomezius Theoricæ ac Practicæ communis Magiſter, verè illuſtratus & locupletatus deinceps ſe oſtentet: currat igitur inoffenſo pede liber hic, & in communem utilitatem typis & prælo mandetur. Sic cenſeo Hiſpali, octavo Kalend. April. Anno 1653.

Lic. ANTONIUS PEREZ.

CENSURA

LICENTIATI D. GENESII MOROTII BLASQUII in ſupremo Caſtellæ Senatu eruditiſſimi Advocati.

ILluſtrationes, ſeu Additiones ad Antonium Gomezium Auctore doctiſſimo *Lic. Joanne de Ayllon Laynez*, ex præſcripto Supremi Regii Senatus præcepto vidi animoque attento perlegi, & quod juri, Regalique opponatur, non occurrit, potiùs Juriſprudentiæ proclives quoad theoricam & praxim, ſubtilitatem utilitatemque cognoſcant. Aliæ extant non contemnendæ Additiones, quæ Author, addens, & additus, nova illuſtratione luceſcunt: quare operis deprecata editio non deneganda videtur, &c.

Lic. D. GENESIUS MOROTIUS BLASQUIUS.

APPROBATIO.

EX Mandato Illuſtriſſimi Regiorum ſigillorum Cuſtodis perlegi *D. ANTONII GOMEZII OPERA DUOBUS TOMIS DISTINCTA*, quorum unus continet Varias Reſolutiones Juris, cum Additionibus de Ayllon, alter Commentarium ad Leges Tauri, nihilque Editionis iterationi viſum eſt obſtare. Pariſiis, die tertiâ Decembris, anno Domini 1744.

RASSICOD.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, grand Conſeil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſticiers qu'il apartiendra, SALUT. Nôtre bien amé PIERRE BRUYSET, Libraire à Lyon, Nous ayant fait expoſer qu'il deſireroit faire réimprimer, & donner au Public des Livres qui ont pour Titre *Vinnius ad Inſtituta & ſelecta Quæſtiones & Notæ Heineccii; Hermenegildi de Roxas de Incompatibilitate Regnorum & Majoratuum; Antonii Gomezii Opera Juridica, cum Additionibus de Ayllon; Molina de Hiſpanorum primogeniorum origine & natura, cum Additionibus; Vallenſis Paratitla Juris Canonici cum novo Tractatu; Thomæ Carlevalii de Judiciis, de foro competenti, & legitima judicum poteſtate, Tomi duo*; s'il nous plaiſoit de lui accorder nos Lettres de Privilége ſur ce néceſſaires; A CES CAUSES voulant traiter favorablement ledit Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Preſentes, de faire réimprimer leſdits Livres en un ou pluſieurs Volumes, autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le tems de quinze années conſécutives, *à compter du jour de la date des Preſentes.* Faiſons défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangére dans aucun lieu de nôtre obéïſſance; comme auſſi à tous Imprimeurs, Libraires & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire leſdits Livres, ni d'en faire aucuns Extraits ſous quelque pretexte que ce ſoit d'augmentation, correction, changement ou autre, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiſcation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'Amande contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, ou à celui qui aura droit de lui; & de tous dépens, dommages & interêts; *à la charge que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Régiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris*, dans trois mois de la datte d'icelles; que la réimpreſſion des Livres ſera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, en bon papier & beaux caracteres, conformément à la feüille imprimée attachée pour modéle ſous le contreſcel des Preſentes; que l'impétrant ſe conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. Et qu'avant que de les expoſer en Vente; les Imprimés qui auront ſervi de Copie à la réimpreſſion deſdits Livres, ſeront remis dans le même état où l'Aprobation y aura été donnée, ès mains de nôtre très-cher & féal Chevalier, le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres; & qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires de chacuns dans nôtre Bibliotheque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtre très-cher & feal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Preſentes. Du contenu deſquelles vous Mandons & Enjoignons de faire joüir l'Expoſant ou ſes ayant cauſe, pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement; Voulons que la Copie des Preſentes qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits Livres ſoit tenuë pour dûëment ſignifiée; & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, foi ſoit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires: Car tel eſt Nôtre plaiſir. DONNÉ à Paris le onziéme jour du mois de Decembre, l'an de Grace mil ſept cent quarante quatre, & de nôtre Regne le trentiéme.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL.

Signé SAINSON.

Regiſtré ſur le Regiſtre XI. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris No. 407. *fol.* 347. *conformément aux anciens Réglemens, confirmez par celui du* 28. *Février* 1723. A Paris ce 18. Janvier 1744.

Signé VINCENT Syndic.

ELENCHUS RUBRICARUM & Capitum Variarum Reſolutionum Antonii Gomezii.

RUBRICÆ ET CAPITA TOMI PRIMI, IN QUO de ultimis Voluntatibus agitur.

CAP. I. *De Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur*, Pag. 1
CAP. II. *De Succeſſione univerſali ex teſtamento*, 16
CAP. III. *De Subſtitutione vulgari*, 32
CAP. IV. *De Subſtitutione pupillari*, 67
CAP. V. *De Subſtitutione fideicommiſſaria*, 84
CAP. VI. *De Subſtitutione exemplari*, 130
CAP. VII. *De Subſtitutione compendioſa*, p. 138
CAP. VIII. *De Subſtitutione breviloqua ſeu reciproca*, 144
CAP. IX. *De Tranſmiſſione hæreditatis*, 146
CAP. X. *De Jure accreſcendi*, 187
CAP. XI. *De Succeſſione contra teſtamentum*, 219
CAP. XII. *De Legatis*, 257

RUBRICÆ ET CAPITA SECUNDI TOMI, IN QUO de Contractibus tractatur.

CAP. I. *De Perſonis quæ poſſunt contrahere vel non*, Pag. 3
CAP. II. *De emptione & venditione*, 9
CAP. III. *De Locatione & conductione*, 74
CAP. IV. *De Donatione*, 102
CAP. V. *De Societate*, 128
CAP. VI. *De Contractu mutui*, 136
CAP. VII. *De Commodato & depoſito*, 146
CAP. VIII. *De contractibus innominatis*, 153
CAP. IX. *De Contractu verborum*, 158
CAP. X. *De Individuis*, 167
CAP. XI. *De Qualitatibus contractuum*, 195
CAP. XII. *De Duobus Reis*, 257
CAP. XIII. *De Fidejuſſoribus*, 261
CAP. XIV. *De Reſtitutione Minorum*, 281
CAP. XV. *De Servitutibus*, 315

RUBRICÆ ET CAPITA TERTII ET ULTIMI TOMI, qui Delictorum materiam continet.

CAP. I. *De Delictorum variis generibus ac ſpeciebus*, Pag. 3
CAP. II. *De Crimine læſæ Majeſtatis, divinæ & humanæ*, 63
CAP. III. *De Homicidio*, 76
CAP. IV. *De Violentia*, 129
CAP. V. *De Furto*, 132
CAP. VI. *De Injuria*, 144
CAP. VII. *De Crimine ſtellionatus*, 156
CAP. VIII. *De Exilio & relegatione*, 158
CAP. IX. *De Captura reorum*, 162
CAP. X. *Quando reus gaudeat immunitate Eccleſiæ, & privilegio primæ Tonſuræ*, 171
CAP. XI. *Qualiter formetur accuſatio*, 178
CAP. XII. *De Probatione delictorum*, 185
CAP. XIII. *De Tortura, & qualiter ad eam ſit deveniendum*, 204
CAP. XIV. *De Confiſcatione bonorum delinquentis*, 236

D. D. ANT. GOMEZ, J.C. ERUDITISSIMI COMMENTARIORUM VARIARUMQUE RESOLUTIONUM Juris Civilis, Communis, & Regii.

TOMUS PRIMUS DE TESTAMENTIS.

PROOEMIUM.

COGITANTI mihi, quod præclarè dicebat ille Medicorum facilè Princeps Hippocrates, hominis Brevem eſſe vitam, artem longam, experientiam periculoſam; id in noſtra juriſprudentia veriſſimè quoque uſurpari poſſe videtur. Tanta eſt enim Librorum, qui in ea ſcripti ſunt moles & vaſtitas, ut vix triplex hominum ætas eos percurrendo [ne dicam legendo, atque cogitando] poſſit ſufficere. Scientia verò adeo longa eſt; tot novis paſſim emergentibus negotiis dubiis, contrariiſque hominum opinionibus in toto Juris Civilis corpore diſperſis, ut cùm ad metam perveniſſe putes, te in medio curſu defeciſſe, longùmque iter tibi adhuc conficiendum ſentias. Experientia denique cùm & dubia ſit, & pro conſuetudine locorum univerſa, atque ſæpenumero ab ipſo Civilis Prudentiæ fonte exorbitans, tot præſertim antiquis abrogatis, tot novis Regum & Principum Conſtitutionibus, tot Civitatum enaſcentibus conſuetudinibus, nihil ferè certum, quod ſequaris, invenias; & cùm unum quid didiceris, aliud quoque addiſcendum eſſe animadvertas. Atque (ut verum dicam) ea cogitatio me majora ſcribere aggreſſum ſæpenumero revocavit, nedum lucem dare rebus cogito, etiam tenebras novis meditationibus afferam: atque, ut eſt in proverbio, Γλαῦκας εἰς ἀθήνας. Opus itaque excogitavi, quo breviter, clare, dilucidéque omnia quæ hodie in Judiciis & Practica verſantur, ex utroque jure, & Doctorum diſputationibus, contrariiſque ſententiis traderem. Cùm enim in cæteris omnibus rebus omnis perſpicuitatis principium ſit ordo, eum ſequuti ſumus, in quo maximè gloriari poſſumus. Nam totum Jus Civile cum tripartitum ſit, noſtros quoque Commentarios in tres Tomos ſecuimus. Primum autem de Teſtamentis cæteriſque, quæ ad teſtantium ultimas voluntates ſpectant, fecimus. Secundum de Contractibus atque aliis conventionibus, quæ quotidie inter homines tractar ſo-